74

ā occasiones malorũ, et fortassè comissorũ peccatorũ magis delectabiliũ simulacra: quorum loco ante mentis suæ obtutum christum pro se vel in columna flagellatum, vel in cruce passum sponat. Si molestior talis cogitatio fores animæ pulsaverit, aliquod opus fac, ut mens periclitans vel violenter avocetur, et cordis vocibus clama ad Deum: Salvum me fac Deus, quoniam intraverunt aquæ usq; ad animam meam. Vel Exurgat Deus, et dissipentur inimici eius; et fugiant, qui oderunt eũ ā facie eius &. Mille modos expellendi ā memoria et imaginatione Docet unctio S: Spiritus.

Removendæ sunt quoq; species inimicitiarũ, iniuriarũ, et quarumlibet molestiarum āb aliis acceptarũ. Nimis iners et servile dictum est illud vulgi: Ignoscam tibi sed oblivisci non possum. Quid si Deus offensas ā nobis acceptas sic condonaret? et tn̄ oramus illud quotidie, ut nobis Dimittat Debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

Cæterum loco cogitationũ inutiliũ et perniciosarũ de præteritis malis vel comissis, vel acceptis, imbuat Religiosus potentias Rememorativas Recordatione gratiarũ ā DEO acceptarũ vel in comuni vel in particulari.

Recordetur novissimorum, præcipuè verò temporis hactenus malè dilapidati, et neglecti profectûs, ad quem vi professionis obligatur.

## Punctum 2dum 104.

### De Mortificatione Intellectûs.

Mortificatio Intellectûs tam necessaria ē, ut neq; memoria, neq; voluntas valeat Mortificari, non mortificato

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII60/0153

gefördert durch Baden-Württemberg